



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Œcumenica Cathedræ Apostolicæ Avthoritas

Reding, Augustin

[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.

Corollarium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38717

acephalo, respectu istius fortiretur subjectio-
nem, sed merè voluntariam, ex seipso scilicet
dēpendentem, non verò ex Concilij etiam,
qua Oecumenici naturā, Divinaque institu-
tione dependentem. Quod si quidem Papa
seipsum volens subjecerit foro confessionali,
adeoque jurisdictioni à feme erga se proroga-
tæ, tunc supervenient characteris sacerdotalis
potestas, à solo Christo tam in sui infusione,
quam in sui exercitio per sacerdotem, qua
Christi instrumentum in absolutione Sacra-
mentaliter perficienda. Sub eujusmodi proin-
de absolutionis Sacramentalis actu ipsem
etiam Papa perfectam erga Confessarium,
qua Christi jam ministrum, imò erga ipsum
Christum habet subjectionem, debetque adeo
pro tali foro profiteri aliquam supra se, qua
Christianò homine, superioritatem, qua ta-
men sit principaliter in Christo, instrumentaliter
autem in sacerdote Sacramentaliter ablo-
rente.

Pari igitur ratione quoad fidei dogma-
tum in Concilio Oecumenico definitiones,
Papa plenè & absolute est subiectus tali defi-
nitioni ex vi authoritatis, instrumentaliter
Concilio Oecumenico, qua sua quoque vica-
rie Christi authoritatis characterem præfe-
renti, principaliter autem ipsius Spiritui san-
cto. Synodo qua Oecumenica, secundum
Christi promissionem, assistenti, ineluctabili-
ter competentis. Nihilominus hæc Papa erga
dogmaticas Concilij Oecumenici defini-
tiones subiectio respicit quidem perfectam
Spiritus sancti ac Christi, respectu Papa su-
perioritatem: at quia Concilium qua Oecu-
menicum ipsamnet Papæ præminentiam, ceu
sui characteristicam formam essentialiter con-
stitutivam includit, idcirco non tam superiori-
tatis strictæ, quam majoritatis cuiuspiam
præcettivam importat; uti *suprà* expositum
fuit.

Corollarium.

7. Ex dictis infertur decisio quadruplicis cir-
ca Concilium Generale difficultatis. In
primis quoad Concilium quantumvis Genera-
le, si acephalum sit, pro primo & quarto circa
hujus disquisitionis initium exposito statu,
proflus asseverandum est, nihil habere specia-
lis potestatis, præcipue erga Papam, nisi in
quantum singulorum Episcoporum in unum
collata jurisdictioni accrescit quadam exten-
sione plenitudo erga dubium præcipue Papam,
uti proxime expositum fuit, singularem ob-
tinens vim ac energiam.

Deinde quoad secundum statum dicere o-
portet, quod Concilium Oecumenicum, vi-
cario Christi nomine insignitum, sicutque adeo
Papam ipsum, ceu Ecclesiæ Caput cum reli-
quo ejusdem hierarchico, ex orbis Christiani
Episcopis confiat Corpus complectens, præ-
ter hanc soli Summo Pontifici propriam au-
thoritatem, sit à Christo Domino immediatè do-
tatum duplice prærogativâ, alterà indefinitâ
ad ligandum & solvendum potestatis, alterâ
omnigodiæ & consummatae infallibilitatis.

Pro tertio insuper questionis circa Conci-
lium Generale statu asseverandum est, du-

plicem illam prærogativam, cùm non con-
venia Concilio, nisi quâ Oecumenico, mi-
nimè competere Generali Synodo, quan-
tumvis ex Patrum, seu Episcoporum num-
erosissimo concursu quali materialiter loquendo,
plenissime, atque Legatorum Pontificiorum
præsentia solennizate, nisi cum isthac hierar-
chico Concilij Corpore in fidei dogmate ali-
quo faciendo consentiat Summus Pontifex,
neque hanc potestatem ex parte Papæ esse
delegabilem, sed oportere, consensum per-
sonaliter præstari Pontifice Maximo, ut ro-
bur infallibilitatis consummatæ adjiciatur ei-
usmodi dogmaticis sanctionibus.

DISQUISITIO III.

*An superioritas Papa supra Conci-
lium acephalum demonstrari posset ex
facies Litteris?*

§. I.

Consulteretur hæc disquisitione ad
Concilium acephalum, etiam quando le-
gitima Papa authoritate congregatum præ-
fentes ac præsidentes habet Legatos, seu
Nuntios Apostolicos, necdum tamen obti-
nuit consensum Summi Pontificis, Detractorū
inibi sanctiorum confirmatorum. Etenim
ex precedenti Disquisitione conlitat, omnimode
infallibilitatis autoritatem, ex Christi Do-
mini institutione non competere Concilio, nisi
quatenus Duo, Caput scilicet, ac reliquum
Corpus hierarchicum Ecclesiæ conensem-
tent in fidei dogmatibus, at morum decretis
quoad formale honestatis motivum, & rationem
in fidei principia reducendis. Et ideo Concilium
quantumvis Generale, priusquam ipsorum san-
ctionibus accedat personalis Papæ consensus;
necdum est in statu consummatæ Synodi, qua
formaliter Oecumenica, sed hanc ultimatam sui
perfectiōnem recipit ex Pontificia authoritatis
decretorum confirmatoriæ consensu.

Non equidem negaverim, ubi pér Sum-
mum Pontificem facta est inditio Concilij
Generalis, mandato ad universos Christiani
orbis Episcopos, Ecclesiæque Prælatos dire-
cto, atque in vi mandati convenerint Ecclesie
Præfules, præsidentibus præcipue Lega-
tis Apostolicis, Concilium jam in statu esse
Oecumenica Synodi, quatenus ex tunc ve-
rificantur, Vicario Christi nomine, seu autho-
ritatis Apostolicæ, Vicarium Christi nomine
præferentis, charactere insignitum existere
Antistitutum tali modo coadunatorum Conven-
tum, Ecclesiæ Universalis ex hierarchico Ca-
pitib, ac reliquorum, in partem solicitudinis
pastoralis assumptorum Præsulum ordine con-
sistentis representativum: nec interest, sive
pauci, sive plures sub tali charactere fuerint
coadunati ex orbe Christiano Præfules Christo
Domino Matthei 18. pronuntianti, se in me-
dio eorum fore, ubi duo, vel tres congregati
nimodam in fidei dogmatibus decidendi in-
fuerint. Hæc tamen assistentia Christi, ome-
Gg 3 fallit.